

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6439

Auteur(s) : R., Beaubec-la-Rosière, Notre-Dame et Saint-Laurent de Beaubec (abbé)

Auteur(s) : J., Achy, Beaupré (abbé)

Auteur(s) : R., Saint-Ouen-le-Pin, Notre-Dame du Val-Richer (abbé)

Bénéficiaire(s) : Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame du Vœu du Valasse (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1218, 8 novembre

Lieu d'émission : Rouen

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Les abbés de Beaubec, de Beaupré et du Val-Richer, ainsi que le chevalier R. de Pierreville notifient l'accord conclu entre l'abbaye Notre-Dame du Vœu et le chevalier Guillaume Aguillon sur des terres et un moulin de la Haie-de-Lintot.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Du Monstier Arthur, Somménil F., *Chronicon valassense*, truncatum a R. p. Arturo Du Monstier in sua Neustria pia, integrum necnon variis adnotationibus vindicatum ac illustratum de novo edidit F. Somménil, presbyter Rotomagensis, Rouen, Lebrument, 1868, p. 75-78.

Texte établi d'après a

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, R. de Bello-Becco, J. de Bello-Prato, p. de Valle-Richerii abbates, R. de Pierreville miles et Math. Servei laicus salutem in Domino. Ad omnium volumus noticiam pervenire, abbatem et monachos S. Marie de Voto ex una parte, et Willelmum Aguillum militem et Willelmum filium et heredem ejusdem Willelmi ex alia, in nos compromise super querelis que vertebantur inter eos, de quibusdam terris et nemoribus que predicti Willelmus pater et Willelmus filius petebant in haia de Lintot et in ejusdem haie pertinentiis, a predictis monachis ; et super quodam molendino quod predicti monachi petebant a predictis W. patre et W. filio, et predictas querelas, nobis mediantibus de assensu parcium, per concordiam sic esse terminatas : videlicet, quod abbas et monachi sepredicti liti de molendino in perpetuum renuntiaverunt, et preterea dederunt prefatis. W. militi et W. filio suo centum libras turonenses ; predicti vero W. miles et W. filius ejus similiter remiserunt predictis abbati et monachis, et quietaverunt in perpetuum de se et heredibus suis, omnem querelam quam habebant adversus predictos monachos de predictis terris et nemoribus, et omne jus quod habebant vel habere poterant et se dicebant habere in eisdem. Concessum fuit eciam ab utraque parte quod omnes querele, que mote erant vel moveri poterant hinc inde usque ad diem istius compositionis, penitus in perpetuum sopiantur et nunquam de cetero valeant suscitari : ita quod utraque pars omnia, que possidebat tempore compositionis, in pace et sine alterutrius reclamacione in perpetuum habeat et possideat. Hanc autem compositionem, sive concordiam, juravit utraque pars se in perpetuum bona fide et inviolabiliter observare et tenere. In autem hujus rei testimonio, presentibus litteris

sigilla nostra duximus apponenda. Actum est hoc anno gracia millesimo ducentesimo X. VIII, in octava Omnium Sanctorum, apud Rothom., in monasterio S. Laudi, presentibus, H. Mortui-Maris et R. de Trapa abbatibus ; R. de Bello-Becco priore, R. de Herefort, Rad. le Terrier, Will. Pereir et R. de Escreinville monachis de Voto ; magistris W. Orselin et R. de Laune, W. de Boleville., Th. de Pavelei et R. de Jovinni, Will. de Bodeville militibus ; Joh. de Curia, Waltero de Busc laicis et aliis multis.